



Entwurf.

Dorfritter

00

Nr.

T. o. 246.

LVCII VI=
GILII IESVRBII AEGLO,
. GA HAGNON, VTLIS
simul & iucunda.

EXORATIONE C. IN FVNERE M.

Varia ille fortuna iactatus & durissimis
cum casibus conflictatus & multiplicibus
exagitatus aduersationibus, id omnino
præstitit, ut neq; ad Deum RE-
LIGIONEM, neq; ad homines
IVSTITIAM ufolauerit
VNQVAM.

PETASILLVS ET VANNIOLVS.

Pet. **H**ic etiam cecinit, niueas per prata bidentes.
Hæc Hagnon egit, fontisq; hac lauit in unda Lu-
'an. Ah, ah, quin lachrymem nequeo Petasille, Videre ther⁹.
Nunc infœlices siluas, deformia rura
Lumine quis possit siccō : dum uiueret Hagnon
Fœlices nuper siluas, formosacq; rura.
Tempore quo unanimi Pastorum uoce canenteum
Pan solus Deus est, Deus est, nemus omne sonabat, Chri-
Et Cithys si pecudes carpebant pabula, frondes stus,
Ac densas inter captabant frigus & umbras.
Non his auditur iam fistula montibus ulla,
Et uel cuncta tenent tribuli, lappæq; tenaces,
Vel lapis obducit nudus uel pascua iuncus.
En ipse hic largis fons olim argenteus undis
Collapsus, latices nullos sitientibus agnis
Pocula non ægris Pastoribus ulla ministrat
Hoc est Vanniole hoc, quod dicere sæpe solebat,
Vallibus his teneros Hagnon dum pasceret agnos :
Errate irriguas, iam nunc errate per herbas,
Dum licet o pecudes, pecudes mea maxima cura :
Non uobis (certum est) pastore Hagnone, cruentus
Aut lupus insidias unquam meditabitur, ipsas
Aut insueta graueis tentabunt pabula foetas.
Hoc mihi dum calamos Pan istos traderet ipse
Promisit, magni non fallunt carmina Panis
Van. Quid : quæ Leucoreis cantabat montibus : o uos
Cogite Pastores pecudes, nigrescit ab Austro
Coelum, præcipitans iam iam ruet horrida grando.
Quam uereor late sata læta, boumæq; labores
Ne fera tempestas sternat, ne pabula tota
Proterat, ut nullus his ultra possit in agris
Pascere ut ante greges, deductum dicere carmen.
Ah ua.

Pet. Ah uates nobis uerus nimium extitit Hagnon
Optimus, extinctum quem uix sua turba sepulchro
Con siderat, tumuloq; pias defleuerat umbras:
Cum fulmenq; Iouis sonitumq; imitantis Olympi
Salmonei iussu, prope cui Tiberina fluenta Pap
Mille greges errant rasa ceruice luporum,
Instructo nostros descendit milite in agros
Heu Damon, Damon, de quo nil tale timeres. C:
Disiecitq; ouium caulas, campisq; fugauit
Pastores, liquidisq; immisit fontibus apos.
Quinetiam monstrum, contraria numina Pani, Inte
Horrenda facie monstrū, horrendo ore Chimeram rim.
Adducens, Mopsum, quo non sapientior alter, Elec
Fortior aut teneras ouium defendere caulas,
Abstraxit loris post tergum brachia uinctum.
Van. Et fuerunt aliqua tamen hæc ratione ferenda,
At cum Salmoneo pastorum plurima turba
Quod facit, atq; occulte herbas & pinguia rura
Inficit, o quis non doleat : uitare Sichæi Sidæ
Pascua oues poterant, Tyrijs qui nuper ab oris
Adueniens sparsit Campis aconita professus
Salmonei seruum : sed amicti Mœonis alba
Veste quis infidias caueat fraudesq; promethi :
Quid dicā, sibi quod Coridon quoq; somnia fingit Cā:
VANA, notis fagis quæ incidit grandibus, ipsum
Et secum affirmat per uisum Hagnona locutum,
Ingentes nugas magno conamine uoluit :
Scilicet ac doctum tentat corrumpere Amyntani. Ph:
O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorū indiget usus,
Aut Ionas curas uites, aut attica mella.
Tu nimiū quoq; Amynta paues, nec respicis illud
Prouidus ut Pan curet oues ouiumq; Magistros.
Quid tibi nunc cœlo delapsus diceret Hagnon,
Quod pauidus stulto nimium credis Corydoni : Somnia

Somnia quodq; tua & Corydonis seria censes
Pet. Rusticus est Corydon, nec somnia curat ouile,
Dulcia quod tantum cupide audit carmina Panis.
Hæc quoq; prædixit senior, dum forte faburno,
Nam recolo, iuncis & lento uimine texit
Fiscellam : cerno pueri, cerno affore tempus,
Cum quæ Pastorum colit & nunc turba ueretur
Hagnona, hos agros, multo & purgata labore
Sentibus ac spinis paliuri, deseret arua,
Atq; suas pecudes in pascua noxia ducet,
Tantum quo possit calamis, artemq; canendi
Ostentare rudes inter : tunc omne sonabit
Versu incomposito arbustum, passimq; fugabunt
Montibus & siluis pastoria sibila nymphas.

Jan. Hercinijs aliquot Melibæus uallibus agnos
Pascit adhuc, Mopsus moriens quos tradidit, ille
Hagnonis sequitur constans uestigia solus
Panaq; concelebrat calamis & uoce, sed annis
Est grauior, quem si rapient quoq; tristia fata,

Pet. Quid tandem his terris credis Petasille futurum?
Nil mens nostra boni quidq; augurat, et mihi nupet
Nescio quid stimicon quendam cecinisse Menalcam
Rettulit, o iubeas diuum Pan maxime, terris

Jan. Quod procul a nostris trans pontum ferre procellas
Sic superet longum, & Mopsi per facta beati
Pulcher eat Daphnis, Daphnis quem pectore toto
Ardes, dic carmen nobis Petasille Menalcæ.

Si meminisse potes, quo tecum Pana precemur
Pet. Et memini, & carmen non est ignobile, sed iam
Cogere nos pabulis pecudes, numerumq; referre
Admonet obliquo procedens uesper Olympo.
Cras simulac cœlo noctis deceperit umbra,
Hic aderis, ueniet mecum formosus Iolas,
Tum melius tibi & hæc, atq; his quoq; plura

(nemus.)

F I N I S.

AB 101963(1)

ULB Halle
003 924 378

3



7A → 9C

Farbkarte #13

B.I.G.

Black
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

CIVI=
SVRBII AEGLO,
IGNON, VTLIS
ul & iucunda.

DONE C. IN FVNERE M,
ortuna iactatus & durissimis
conflictatus & multiplicibus
versationibus, id omnino
nec ad Deum RE,
EM, nec ad homines
TIAM ufolauerit
NQVAM.